

dere maritantur, et quod lex salvandum predicat, de jure sal-
vetur, et quod condemnandum judicat, ex justicia condemne-
tur, quod satis illudit utriusque deffinicioni.

Est enim lex adciens honestum, et prohibens contrarium; jus-
ticia vero virtus est ejus suum quique conferens, damnans
reos absolvens inoxios.

Quibus constanter dispositis ad honorem sanctae matris ecclesiae et augmentum fidei catholicae, quae in termino alcaza-
rensi de novo populavit, deo vivo et vero, cui servire regnare
est, cuius jugum suave et honus leve, littere serviant et sicut
unius dei mandatis, ita unius regis et principis obedient edic-
tis.

Hunc ergo dignitatis apicem et libertatis prerrogativam, ego
santius dei gratia rex, una cum uxore mea maria regina, et se-
renissimo filio nostro ferdinando, cuius ortus urbem prescrip-
tam insignivit, sereno ac benigno vultu alcazaribus populis, et
eorum successoribus concedo; et ut in posterum confrigi non
possit sigilli nostri patrocinio ac regali munimine confirmo.